

2598.

. 1315 d. 10 Maj.

Lund.

Abboten PETRUS i Allhelgonaklostret i Lund och Priorn NICOLAUS i St. Petri nunnekloster i samma stad vidimera föregående Konung Eriks dom.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. PETRUS abbas monasterij omnium sanctorum lundis. et Nicolaus presbiter prior monasterij monialium sancti petri lundis, salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras gloriosi principis domini nostri, domini .E. [c: Erici] dei gracia danorum selauorumque regis illustris, non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas vidisse, et de verbo ad verbum perlegisse tenorem qui sequitur continentes. E. dei gracia danorum selauorumque rex &c. *Se N. 2597.* Nos igitur volentes testimonium perhibere veritati, presenti transcripto sigilla nostra apposuimus in testimonium et cautelam. Datum lundis anno domini. M^o. CCC^o. quintodecimo. jn vigilia pentecostes.

På fränsidan, med nyare hand: Super bonis bjørnstorp et hogenethorp. Sigillen borta; bitar af remsorna kvar.

2599.

1315 d. 17 Aug.

Stockholm.

Hertig WALDEMAR afgör tvisten mellan Lagman Birger Persson och Jon Jonsson m. fl. rörande delningen af några Fru Katerinas af Steninge efterlemnade gods på det sätt, att Birger Persson får gårdarne Ekeby i Låssa och Arnaberg, och den andra parten får sin andel i Steninge.

Orig. på perg. i K. Witterhets, Hist. o. Ant. Akads. Bibl. *)

Omnibus presentes litteras inspecturis WALDEMARUS dei gracia dux sweorum, Salutem in domino sempiternam, Constituti Jn presencia nostra vir nobilis dominus birgerus pætersson consiliarius noster predilectus ex vna parte, discretique viri jon Jonsson et joan dyakn nomine coniugum ipsorum, necnon matrona elena de windistenum et petrus lokker, ex altera, dissensionem quandam, super aliquibus predijs post dominam katerinam de stenungum relictis, inter eos subortam, coram nobis proponebant, Supplicantes nobis humiliter et instanter, quatinus huiusmodi prediorum inter partes predictas discordiam prout nobis expediens videretur sopire dignaremur, Nos igitur justis eorum postulacionibus inclinati, ex vtriusque partis beniuolencia pariter et assensu, supradictos homines concordauimus in hunc modum, quod dominus birgerus pætersson predictus, Curias ekiby in laaza et arnaberghæ, cum omnibus suis adiacencijs mobilibus et immobilibus sicut eas nunc tenet et possidet, habeat, disponet et ordinet pro sue libito voluntatis, Reliqua vero pars videlicet joan Jonsson et jon dyakn, matrona elena et petrus lokker

*) Skänkt af Herr Exped.-Sekreteraren O. Carlheim Gyllensköld år 1844.

predia ad ipsos In stenungum spectancia, cum omnibus et singulis que spectant ad illa, teneant et possideant pleno Jure, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum stokholmis Anno domini millesimo CCC^o XV^o. In octava beati Laurencij martiris.

På frånsidan: Sedacio litis oborte jnter dominum birgerum paterson et jon jonson et jons dyan (!) et helenam de windestenum et petrum luk de bonis de bonis (!) diuidendis post dominam katerinam Annabilla.

Ett fragment af Hertigens sigill på en ur brefvet klippt remsa.

2600.

1316 d. 28 Oct. *)

Widingsjö.

Kaniken i Linköping SIGMUND bortarrenderar till Gyurdo Ormsson, på 4 år, en Linköpings domkyrkas gård i Stafsjö med inventarier, hvilka uppräknas, mot ett årligt arrende af 4 mark.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis SIGMUNDUS canonicus linchopensis salutem in domino sempiternam. Nouerint nos ad firmam locasse per quadriennium discreto viro gyurdero ormson curiam linchopensis ecclesie in stafhsyo cum mobilibus ipsius curie infrascriptis Hoc adiecto quod idem gyurdo singulis annis huius quadriennii ita quod quolibet in solidum nobis vel procuratori super ipsam curiam constituto legittime ante natiuitatem domini III:or marcas soluere teneatur Hec quidem sunt dicte curie mobilia II boues domiti III:or vacce tria iumenta ad valorem VII orarum VIII agnelli III sues et II vituli coniectim V orarum II kaldaria coniectim duarum marcarum cum dimidia II secures II terebra tres falces tria bankalia tria toralia V linthiamina I mensale II lodices I manutergium I cussinum I culcedra Hec tria que post caldaria recitata sunt taxata sunt pro III:or marcis cum dimidia II dolia I lagena XXX scutelle I hørfh I aratrum II rote II aaldee I amfora I saccus I kirna II byttu I saa II æmbar I skepa hampofrø terciã pars skepe de hyrfrø I iugum I siim LXXI mesure auene XXII mixte anone XX ordeï et XII ciliginis cum XL cumulis feni premissa omnia vna cum ipsa curia sine aliqua diminucione lapso quadriennio restituet ipse gyurdo sicut in suis patentibus litteris penes nos reconditis continetur In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum widiisyd [- syo?] anno domini M^o CCC^o XVI festo apostolorum simonis et iude et hec ego thorstanus canonicus linchopensis transscribi feci Malbech anno domini M^o CCC^o XIII ferea (!) VI post cineres et sigillo curati ibidem signauit.

Sigillet, jemte den ur brefvet utklippta och afrifna remsan, borta.

*) Brefvet åtföljes i slutet af Kaniken Thorstens vidimation, daterad år 1314. Ettdera årtalet måste vara oriktigt.